



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis
Prædicatorum**

Nicolaus <Eymericus>

Venetiis, 1607

Clemens Papa VII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13589

zino

† idem in caseis omnibus in quisitoribus locum habet, ob rationem eandem illud. s. ad l. Aquilam.

cum omnibus in eis contentis clausulis, in omnibus & per omnia, prout in eisdem litteris contine-

tur, ad te & ad alios ordinis & congregationalis huiusmodi Inquisitores, tam in praesentiatum deputa-

tos, quam in futurum per petuis futuris temporibus deputandos, ac si tibi, & cuilibet Inquisitorum

predictorum dirigerentur, & directe fuissent Apostolica auctoritate, tenore praesentium extendimus,

ipiusque litteras tibi & illis, vi præmittimus, eisdem auctoritate & tenore concedimus. Non obstante-

bus omnibus illis, quæ idem Iulius prædecessor voluit non obstat, ceterisque contrarijs quibuscum-

que. Et quia difficile faret præsentes litteras, ad singula loca, in quibus de eis fides fortan fuerit facie-

da, deferre: volumus & Apostolica auctoritate decernimus, quod ipsa rum transumptis, manus cuius-

cunque notarij publici subscriptis, & sigillo aliquius curia, seu persona in dignitate ecclesiastica con-

futuq; muniti; in iudicio & aliibi, ubi opus fuerit eadem prorsus fides adhibetur, que adhiberetur

eisdem praefatis, si forent exhibita vel ostensa. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo

Piseatoris die xx. Iulij. M. D. XXIIII. Pontificatus nostri anno primo.

Euangelista.

CLEMENS PAPA VII.

B

Venerabili fratri Paulo Zane Episcopo Brixien, & dilecto filio Inquisitori hereti-

ca prauitatis in Ciuitate Brixien. & eorum alteri,

Communitas ciuitatis Brixien. decreto quodam constituit initio Lutheranæ perfidia, ut tres viri

diligerentur, quorum sollicitudine hereses extirparentur, accepta ex publico arario pecunia pro eius

decreti executione: id laudat Romanus Pontifex, hortaturque Episcopum & Inquisitorem, ut idem

præstare ipsi curent, & procedant contra hereticos quoslibet omni appellatione remora iuxta cano-

nicas saeculæ: multa insuper concedit Episcopo & Inquisitori priuilegia, & amplam facilitatem

procedendi contra perfidum hereticorum genus.

Edita anno Do-
mini 1518.
Ex Archivio in-
quisitionis Bri-
xien.



ENE RABILIS frater, & dilecte fili, Salutem & Apostolicam benedictionem. C

PLACVIT Intelligere quod non solum fraternitas tua, seu eius dilecti filii

Communitas istius Ciuitatis Brixien, nolentes negligenter, aut desidia eorum ambi-

tere, illud optimum nomen eis a parentibus & antecessoribus suis relictum, omni

diligentia cutant, ne hereses his temporibus de novo pullulante possint, sed omni

bus remedia adhibuerint, vt si quæ sint in ipsa ciuitate extirpenintur, & propterea cu-

ad ipsorum cōcūtis notitiam peruenient, nonnullos in ipsa Ciuitate sua famæ & honoris prodigos ita

nefatos Dei sanctæq; matris Ecclesiæ rebolles existentes, vt non erubescerent Lutheranam doctrinam

publice declarare, & quæ palam non auderent, seorsum secreto docerent plerosq; inducentes arcta

semita deuiae, ne ob id forte contra eos ira Dei magis prouocaretur, in publico eorum consilio sta-

tuerunt. Tres eiusdem Ciuitatis ciues eligi debet: quorum cura, diligentia, & vigilatia Lutheranæ da-

bolica hereses a Ciuitate ipsa ciu'q; territorio prorsus extirparentur, & earum auctores & seminarior-

es condigna pena plectentur, cum potestate etiam comprehendendi per procuratorem eoram sede A

postolica, & quibuscumq; alijs Iudicibus ecclesiasticis & secularibus, & pro premissorum executio-

ne exponendi, ex publico quacunq; pecunias necessarias: quod vt merito ex hoc illi laudari, & plu-

rimum commendari debent, ita etiam vos prout vestrum incumbit officio, circa hereses huiusmodi in

ciuitate & diœcesi Brixien, idē facete prout speramus, & desideramus omni diligentia curabitis. Cu-

pientes igitur erroris & perniciosa dogmata in ciuitate, & diœcesi tuis huiusmodi penitus extirpari, &

illorum letatores debita correctione reprimi, ac debitis penis puniri, Vobis & alteri vestrum etiam

cum a præfatis elec̄tis requisi fueritis, & alteri vestrum requisiitus fuerit, omnes & singulas causas hu-

iusmodi heresim lapientes etiam criminales, tam d. Et. Lutherana, quam alia & errorea & peruersa

doctrina in ciuitate & diœcesi prædictis exitas, & quæ etiam contra quandam Ioannem Bapti-

stanum Palavicinum ordinis fratrum Carmelitatum, qui verbum Dei in proxima Quadragesima in Ec-

clesia Brixien, prædicando publice nonnulla errorea & a fide catholica deviantia prædicavit, adeo

quod piis hominum aures plurimum scandalizauit, si in ciuitate, seu diœcesi prædictis existierit, mo-

nere seu exoriri contigerit, cum omnibus & singulis illi annexis, dependentibus & emergentibus ab

eis simpliciter & de plano sine stipitu & figura iudicij, prout in similibus procedi consuevit, audi-

tis. Nos enim vobis vt auditis hinc inde propositis etiam usque ad ad finitum sententiam inclusu-

sublato quoquis diffugij obstatculo, & prout sacri Canones volunt, etiam appellatione qualibet remo-

ta, decidendi, & sine debito terminandi, ac sententias super per vos & alterum vestrum latet, &

quibusvis appellations, etiam ad nos & sedem prædictam interpositis penitus reic̄tis, perinde ac

si tres sententiae conformes in nostræ Rotæ auditorio latæ essent debita executioni demandandi: Te-

stes autem, qui fuerint nominati, si se gratia, odio, vel timore subtraxerint, per censuras ecclesiasticis

appellatione cestante compellendi veritati testimonium perhibere, ac monitiones, & citationes qualibet

constituto de non tuto accessu, seu quod pro monitionibus & citationibus huiusmodi faciendis

ipsorum monendorum & citandorum præsencia commode haberi nequiret expedita publica lecis

publicis

A publicis affigenda, quæ perinde ipsos arctent, ac si eis personaliter intimata fuissent faciendi: ac contra quousque cuiusque status, gradus, ordinis, religionis, vel conditionis, seu præminentia fuerint, & quacunq; Ecclesiastica seu mundana dignitate præfulgeat, vel exemptione, ipsius Martini; & alio cum erroreorum dogmatorū sectatores, sequaces, fautores, defensoresq; ac illis auxilium, consilii vel fauorem directe, vel indirecte publice vel occulte praestantes inquirendi, & procedendi, ac huiusmodi labi, & alijs haeresibus infectos capiendi, & carceribus mancipandi, ac iuxta canonicas sanctiones, & Sanctorum Patrum instituta, prout qualitas excessum exigerit, vel conscientia vestra expedire vi sum fuerit, puniendi, & penitentia debitis plectendi, & ad cor redire nolentes, & dictæ Ecclesiæ communione, velut putrida membra separatos, & diuisos, ac damnationi aeternæ cum Satana & Angelis eius addictos, ac perpetuo infames, ac intestabiles esse, nec non bona eorum qualibet mobilia, & immobilia cuicunque fidelium liberè & licet inuadere, occupare & sibi acquirere licere, personas eorum captiuitate, & in perpetuam seruitutem adducere corpora eorum postquam defuncta fuerint sepultura Ecclesiastica carere, & debere, decernendi, denunciandi, & declarandi, & qui ad veritatis lumen redire, & huiusmodi haereses abiurare voluerint postquam errorem suum deposuerint, idque humiliter petierint, si alias relapsi non fuerint, recepta ab eis prius abiuratione haeresis & errorum iusmodi legitimè, & publicè facienda præstandoque per eos iuramento, quod talia deinceps non cōmittent, nec talia, vel alia his simili committentibus, sed adhærentibus, confilium, auxilium, vel favorem per se, vel alium, seu alios præstabant; ab omnibus & singulis excommunicationis, & interdicti a lijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris & penis etiam in litteris felicis recordationis Leonis Papæ X. prædecessoris nostri contra dictum Martinum editis continentis, quas præmissorum occasione quomodolibet incurrissent, ac ab huiusmodi delictis excessibus, & criminibus, necnon alia in forma Ecclesiæ consueta absoluendi, & super irregularitate f propterea quomodolibet contracta dispensandi, omneque inhabilitatis, & infamiae maculam, siue notam penitus abolendi eosque rehabilitandi, & ad nostrum, & eiusdem sedis gremium, necnon gratiam, & benedictionem restituendi, & reponendi, omniaque & singula alia quæ ad huiusmodi pestem repitendum & radicibus extirpandam ne-

B cessaria seu quomodolibet opportuna faciendi, gerendi, ordinandi, coercendi, & exequendi; ac auxilium brachij secularis si opus fuerit iuocandi: Et ad præmisla omnia, & singula, si & quando expedit e te vobis, & alteri vestrum vistum fuerit, Viros apatos, & idoneos cum simili, vel limitata potestate sub delegandi, & deputandi, ipsosque quoties opportunum vobis, & alteri vestrum videbitur reuocandi, ac loco ipsorum alios similiter deputandi, auctoritate Apostolica plenam & liberam potestatem, auctoritatem, facultatemq; concedimus per præsentes: non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, necnon omnibus illis, quæ idem Leo prædecessor in suis litteris voluit non obstat, & quæ pro expressis haberi volumus, & ceterisque contrarijs quibuscumque, etiam si in eis essent clausulæ aliqua derogatoria, derogatoriarum, & de quibus oporteret fieri specialis & individua mentio, & de verbo ad verbum, quas pro expressis haberi volumus & eis derogatum esse censemus & intendimus.

Datum Viterbij sub annulo pectoris die 13. Iulij. 1528. Pontificatus nostri anno quinto.

C L E M E N T S P A P A V I I L .

D Dilecto filio Paulo Butigelle, totius ordinis fratrum Predicatorum Vicario generali, in Ferrarien. & Mutinien, ciuitatibus & diœcesis hæretice prauitatis Inquisitori.

Inquisidores & eorum vicarij præcedant contra quoslibet religiosos de hæredi diffamatos, aut suspectos, & erroneas propositiones prædicantes, non obstantibus quibuscumq; priuilegijs: Inquisidores vicarios sibi possunt instituere annorum trinitate: occultos hereticos absoluunt: super irregularitate ex hæredi vel Apostasia contraria dispensant: quamlibet atiam censuram ecclesiasticam tollunt: irregularitates crucis signatorum clericorum amouent: crucis signati morientes tempore interdicti, ecclesiastica sepultura donantur: ydemi multa alia priuilegia consequuntur, quæ hic enumerantur, & vetera eisdem, per alios Pontifices concessa confirmantur, & innouantur.

Dilecte filij, Salutem & Apostolicam benedictionem.



V M sicut ex relatione pro parte tua nobis facta, cum graui nostræ mentis molestia innouuit, in diversis Italia partibus adeo pestifera hæresis Lutherana, nō tattu apud sanctulare personas, sed etiam Ecclesiasticas & regulares, tam Mendicantes, quam non Mendicantes inualuerit, vi aliquando nonnulli ex eis suis sermonibus & verbis, & (quod deterius est) publicis prædicationibus tali labe plerosq; inficiant, & Christi fideles, sub obedientia Sanctæ Romanae Ecclesiæ viuentes, & præcepta eiusdem Ecclesiæ seruantes non leuiter scandalizent in hæresim augmentum, pusillorum scandalum, atque Catholi-

Edita anno Do
mini 1530.
Ex lib priuil.
ord. fra. Pradic.
fol. 201. pag. 2.